



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 29. Pontificis Epistola contra Pelagianos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum V.

A. C. 493.

§. XXIX.

Pontificis epistolæ contra Pelagianos.*Epist. 5.*

Inter hæc, cum Gelasio Papæ comper-  
tum esset, in Dalmatia non nullos Hæ-  
resin Pelagii seminare, litteras dedit ad  
illius Regionis Episcopum, Nomine Ho-  
norum, jussitque Confratres suos mone-  
re, ut illos, qui sparso veneno inficeren-  
tur, vitarent, & saniora edocerent. Ex  
Pontificibus sex memorat, nempe, Inno-  
centium, Zosimum, Bonifacium, Cœle-  
stinum, Sixtum, & Leonem, qui istam  
Hæresin damnaverant. Honorius Epis-  
copus missis ad Papam Legatis multum  
mirari se dicebat, quod Ecclesiæ Dalma-  
tiæ tantopere ipsi curæ essent. Cete-  
rum affirmabat, se in Quæstione de Gra-  
tia sanam semper Doctrinam tenuisse.

*Epist. 6.*

Papa respondit: Sanctam Sedem omni  
tempore omnium Ecclesiarum per totum  
orbem dispersarum curam gessisse, atque  
ut Doctrinam de Gratia plenius caperet,  
ad quosdam articulos Responsa misit. At  
vero Hæresis mare transvecta, in proxi-  
mam Italiæ Partem, scilicet Picenum,  
pervaserat. In illa Regione Senex ali-  
quis, cui Nomen Seneca, Pelagianam Hæ-  
resin docebat. Nimirum, non dari Pec-  
catum Originale;

*Epist. 7.*

Parvulos sine Baptis-  
mo mortuos damnari non posse, homi-  
nem, si Libero Arbitrio bene uteretur,  
posse

posse ad Beatitudinem pervenire. Tum Sæculum V. A. C. 493.  
 hujusmodi Principia ad Praxin deducens  
 Clericis, Monachisque cum puellis Deo  
 Sacris conversandi licentiam dabat, di-  
 cens, nihil periculi subesse, nisi ipsi pec-  
 care vellent. SS. Hieronymi, & Augu-  
 stini famam indigne proscindebat, &  
 quemdam Presbyterum erroribus suis  
 obsistentem excommunicaverat.

Senem illum ad se adductum Gelasius  
 Papa admodum rudem, hominemque ru-  
 stici & abjecti ingenii expertus est, cui  
 pro ratione pervicacia stabat. Cum igi- Epist. 7.  
 tur frustra conatus esset obstinatum con-  
 vincere, ad illius Provinciæ Episcopos  
 prolixam dedit epistolam, in qua istos  
 refellit errores, & Episcopos, quod seg-  
 niter hoc malum tolerarent, graviter in-  
 crepat. Hanc Diaconus, cui nomen Ro-  
 mulus, detulit, atque i. Nov. Albino Con- Tract. 3. to.  
 sulatum gerente, id est, anno 493. data 4. Conc. p.  
 est. Gelasius Papa etiam Tractatum ad- 1240.  
 versus Pelagianos composuit, in quo præ-  
 primis docet, Hominem sine peccato vi-  
 vere non posse. In eo explicat Resurre-  
 ctionis Mysterium, atque illa Apostoli I. Cor. 7.  
 verba; virum Infidelem a Muliere fide-  
 sanctificari.

## §. XXX.

*Gennadius Massiliensis.*

In Gallia quoque non nulli aut Pelagia-  
 norum